

N. 10.

A. D. 1268.

(10 giugno, Indiz. XI).

<i>Data di luogo</i>	Castellana.
<i>Rogatario</i>	(manca).
<i>Descrizione</i>	Carta bambagina.
<i>Contenuto</i>	Gualterio, prete cappellano di S. Benedetto e giudice Iacopo di Monopoli, avvocato del Monastero, invitano il giudice Peregrino di Castellana, che diceva di avere due istrumenti stipulati tra l'Università di Castellana ed il Monastero di S. Benedetto di Conversano, a depositarli nell'Archivio del Monastero: il primo è dell'abate Eustasio (1172, dicembre, IV Indiz.), il secondo del 1249, 15 febbraio, III Indiz.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

Anno quo Christus carnem sumpsit de virgine natus millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, regnante domino nostro Carolo dei gratia Ill.mo rege Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue Andegavie Provintie Folcalquerii comite regni eius anno tertio, Indictionis undecime, mense Iunii decimo eiusdem apud Castellatum. Nos Petrus de Iuncata iudex  
5 Castellani, Angelus publicus eiusdem loci notarius et infrascripti testes de eodem loco ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti publico scripto fatemur quod presbiter Gualterius cappellanus Venerabilis Abbatis et conventus monasterii S. Benedicti de Cupersano, et iudex Iacobus de Monopolo eiusdem monasterii advocatus, prescripto die Castellatum venerunt et nobis presentibus requisiverunt pro parte et nomine dicti monasterii iudicem  
10 Peregrinum de Castellano quem dicebant habere et conservare pro parte universitatis loci eiusdem duo instrumenta seu privilegia olim facta per Abbates eiusdem Monasterii qui pro tempore et successive fuerunt ibidem de certis pactis, conventionibus et condicionibus inter ipsos pro parte ipsius monasterii ex una parte, et habitatores ipsius loci ex altera, petentes, quod instrumenta ipsa eis pro parte et nomine dicti monasterii authenticare et in  
15 publicam formam redigere faciemus pro eo quod dicti Monasterii interesse dicebant habere in Archivio dicti Monasterii instrumenta seu privilegia ipsa authenticata ad fidem seu probationem quoties opus fuerit exinde faciendam. Qui iudex Peregrinus dum ad requisitionem eorum produxit coram nobis instrumenta duo unum factum quoque a domino Eustasio eiusdem monasterii abbate, et aliud factum quoque a domino Nicolao abbate similiter  
20 eiusdem monasterii, que instrumenta vidimus et inspeximus diligenter, et cognoscimus ipsa non rasa, non cancellata, non abdita, nec in aliqua sui parte consumpta sed in prima sui figura existentia, quorum unius continentia per omnia talis erat: In nomine perfecte (vedi pag. 235 del *Chartularium del Morea*, in cui è pubblicato tutto il documento).